



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Admonitio Pro Praesenti Editione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

ADMONITIO  
PRO PRÆSENTI  
EDITIONE.



V&E accisæ prius, ac præcipuis veluti membris mutilæ Epitomes huius apicis, ad iuſtam ut excreceret molem, vila sunt desiderari, iam abundè supplent eximia notæ, deque Auctore, cuius illuſtrarunt opera vii meritissimi Andreas Guadagnus, & Iacobus Pontanus Salensis, ambo S. Theologie Doctores ille quidem pressiore calam, studio alter, curaque paulo impensiore. Hic lane octave modò, ac decimæ parti incumbens (cæteris ancè ad compendium elaboratis) breves atque dilucidum, sed & ordinis potissimum amatorem præbuit. Ordo quippe est, ait Orator, qui memoria maximè lumen affert: Scire verò nostrum, ut Philoſophus, quoddam est reminisci Plus denique prodest, nunc loquitur Seneca, si pauca sapientia precepta teneas: sed illæ in propria tibi, & in uſu ſint, quām ſi multa diſiceris, ſed illæ non haberas ad manum. Quæ omnia concinnâ methodo præstat Pontanus; conciſione eruditæ tractat materias, luce & claritate perfusâ dit; angustis periodis clausæ, manent aperta; adeo ut cuncta ad manum, cuncta ſint ad uſum, doceatque reſolvere & reſpondere poſſint eruditæ. Qui verò post Summæ editionem Lugdunensem è ſecundissimi ingenii penu Retolutionum partem undecim in Auctor vulgauit, dederunt hoc precibus meis è celeberrima Coloniensi Vniverſitate Theologi aliquot insignes, ut quæ in eadem parte pertinet, ſuis quæque locis aptè accurateque inſeruerentur. Quid plura? Facie haſtenus veluti diſmidiatâ iam verò integrâ figurâ, pleno perfecto que orbe ſublunarem hunc in Orbem ſuos emittit DIANA splendores, doctrinæ ſpargit rutilum iubar, quo recreati omnes ad pietatem, mentisque integritatem tuendam impelluntur. Hoce ſt, omnia partibus, undecim absolute R.P. D.A.N. TONINI DIANA toto Orbe celeberrimi Scriptoris Opera hac in Summâ facili negotio, minimis expensis euoluenda iam liberalius exhibentur.

A P P R O-